

Contra dicto audientes : panem comedent in cælis Luc. 14, 15. accubituri cum Abrahamo Jf. & Jacobo in mensa cælesti Matth. 8.

Ubi satietas erit gaudiorum amantissimorum & sempiternorum. Psal. 16.

Ad quorum indeptionem adjumento sit nobis Triunus Deus!

DOMINICA XXXI.

Ex Quæst. 78. & seq.

PROMISSIO COENÆ EST REV-
ditati & infirmitati nostra accommodatiss.

TEXTVS I. Cor. 10, 1. & seqq.

Vers. 1. Nolim vos ignorare, fratres, patres nostros omnes sub illa nube fuisse, & omnes per mare transivisse:

vers. 2. Et omnes in Mosen baptizatos esse nube & mari:

vers. 3. Et omnes eandem escam spirituales edisse.

vers. 4. Et omnes eundem potum spirituales bibisse. Bibebant enim ex sequenti spirituali petra: petra verò illa erat Christus.

vers. 5. Sed plerosque illorum non habuit gratos Deus, prostrati sunt enim in deserto.